

obtineat ab accusatore callido: si respondebit
 dimissa debita sua ab eo cui nemo reddet quod
 pro nobis non debet reddidit. Sit ergo in pace
 cum viro ante quem nulli et post quem nulli nupta
 est: cui seruiuit fructum tibi affens cum tolerantia
 ut eum quod lucraret tibi. Et inspira domine deus meus
 inspira seruis tuis fratribus meis: filiis tuis dominis
 meis. quibus et corde et voce et litteris seruiuo: ut
 quoties hec legerint meminerint ad altare tuum
 monice famule tue. cum patricio quondam eius
 diuge: per quorum carnem introduxisti me in hanc
 vitam quemadmodum nescio. Meminerint cum
 affectu pio parentum meorum in hac luce transi-
 toria. et fratrum meorum sub te patre in matre
 catholica. et civium meorum in eternam iherusalem:
 cui suspirat pignus populi tui ab exitu usque
 ad reditum: ut quod a me illa poposcit extremum.
 vbius prestet ei in multorum orationibus: tam per
 confessiones quam per orationes meas.

Expliat aurelij augustini confessionum liber
 nonus. **I**ncipit decimus.

Cognosce te cognitor deus meus: cog-
 nosce te sicuti et a te cognitus sum. Die
 tus anime mee intra in eam et coapta ti-
 bi: ut habeas et possideas sine macu-
 la et ruga. Hec est mea spes idoloquor: et in
 ea spe gaudeo quando sanum gaudeo. **C**etera